

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio bu  
cum uariis

Non uult te Dominus si forte uideris peccatum fratris tui continuo euolare ad publicum et proclaimare passim et diuulgare aliena peccata. Quod esset utique non corrigentis sed pocius infamantis. Solus, inquit, inter te et ipsum corripe eum. Vbi enim seruari sibi misterium uiderit ille qui peccat seruabit et ipse emendacionis pudorem. Si uero diffamari se uideat, illico ad denegandam impudenciam conuertetur, et non solum non emendaueris peccatum, sed et duplicaueris.

Origenes super Leuiticum capitulo XXXIII. tractans illud: Si uideris fratrem tuum peccare, argue eum inter te et ipsum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Correctio bu] Correctio bt P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uideat] uiderit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; emendaueris] emendauerit (*cor. intra*) M; super] in L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; et *om.* L<sup>2</sup>